



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Posse caribus vesci de consilio utrumque Medici. parag. 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

## §. I.

*Posse carnibus vesci de consilio utriusque  
Medici.*

1. **V**T hoc Privilegio fruamur, requiritur Consilium utriusque Medici. Circa quod dubitabis, quid emolumenti afferit hoc Privilegium? Nam, vel certus suum, me ob infirmitatem gravem posse comedere carnes, & tunc licite possum illis vesci sine ullius consilio; Quod si sim incertus, & Medicus solus corporalis declaret, me carnibus indigere, etiam possum libere, ut ex se pater: Vel tunc certus, vel certus reddor à Medico, me non indigere carnibus, & tunc nullo modo licite illis vesci possum: Vel denique sum in dubio, & dubius est Medicus de mea Indigentia; & tunc a Lib. 1. In probable putant nonnulli ut alio a nos di- Decal. c. 3. ximus, me posse iis vesci, ne scilicet in pericu- §. 7. V. Ie- lum certum gravis morbi dilabatur; quo pericu- junium.

2. Respondeo, Duo emolumenta afferit. Primum, quia est alia sententia, & quidem communior, docens, in praedicto dubio esse obe- diendū Praecepto? Praeceptū enim abstinentiā à carnibus die vetito, est certū; excusatio autē, ut supponis, est dubia; unde prævalere debet certitudo Praecepti: Ideo Pōtifex sequen- tibus hāc communiorē sententiā, immo etiā sequentibus primam, ne scrupulorū sit locus, concedit per Bullam ejusmodi comestionem.

Secundū, quia (ut habet Bullæ tenor) qua- data est à Pio Quinto, quaque refertur à Ludovico à Cruce) concedit Summus Pōtifex, ut qui in reliquis servat formā jejunii (intelli- ge hī semel tantū comedat ad satietatem &c.) cap. 5. dab. 10. enseatur implere Praeceptū, & sic cōsequatur jejunii merita, quod certe est magnū Privile- giū. Meritū autē dixit impropto, & vulgari modo loquendi, significare volens, prædictos consequi eā satisfactionem ex dispensatione Thesauri Ecclesiæ per Summū Pontificē, quā conseruerentur, si sine carnibus jejunarent. Id quod Pōtifex in clausula hac, quā præ mani- bus habem⁹, verbis magis propriis, & manife- stis habet, ibi (ut jejunio satisfecisse cōficitur.) 3. Dubitabis secundo, quid intelligatur no- mine utriusque Medici?

Respondeo, quoad Primum, intelligi quēlibet Confessarium, etiam si non sit tuus, quia etiam is Medicus spiritualis est, & quia in fo- ro conscientiæ omnes Confessarii reputantur ut unum quid. Ita Gallegus, addens satis c Galleg. se, si id Consilium detur extra Confessionem, 6. dub. 4. non enim Bulla Confessionem actualē requiri- rit. Immo idem, & Bardi ducent, satis esse d Bardi: quemlibet Sacerdotem, quamvis non appro- 2. tr. 3. a. batum ab Ordinario ad Confessiones susci- 1. feb. 1. piendas, quia etiam hic potest absolvire à ve- nialibus, & absolute dici potest Confessarius, quidquid in oppositum dicat e Mendo. e Mendo

4. Quoad Secundum. Difficilas est. Utrū, in App. sicuti certum est Doctorem in Medicina suffi- ficientem esse, ita quemlibet, nec Doctorem, nec scientiam Medicinae proficientem, sed ho- minem, vel etiam mulierem in medicando aegroto expertam?

Respondeo, sufficere, quia nomine Medici non intelligitur ad literam, qui Doctoratus laurea est insignitus. Nam, si est Doctor, sed tamen mihi constaret, esse inexpertū, nō suffi- ceret; esset enim directe contra mentē Ponti- ficis: Intelligitur ergo, qui est peritus; unde recte de hac re si dixit Henr. f Si modo Me- f Henr. dicus, aut experius vir explicit, subesse causam. lib. 6. c. 1.

5. Dubitabis Tertio. Cū Prælati omnes, ut etiam omnes Regulares, & Sacerdotes omnes, etiā sacerdotes, nisi sint Sexagenarii, excipiātur per Bullā Cruciatæ ab usu Privilegii vescendi lacticiniis diebus vetitis, ut mox dicemus lati- tuis, possunt ne ii uti hoc Privilegio come- dendi carnes ex consilio utriusque Medici?

Respondeo, posse, quia in Summario Latino Bullæ allato à Ludovico à Cruce toties ci- tato, & in Summario vulgari tum Hispanico, tum Italicō, quod traditur sumentibus Bul- lam, non est illa exceptio in Privilegio co- medendi carnes, adeo vero solum in Privile- gio edendi lacticinia. Non placet ergo g Men- do nobis contrarius.

6. Dices, at Trullench, h̄ licet nobis fa- 2. j. ven, afferat tamen verba Bullæ latīna, ubi vi- h Trulli dentur excludi prædictæ Personæ, etiam ab l. 1. s. + usu Privilegii circa carnes.

Respondeo. Vidi hunc loquendi modum Bullæ latīna Bardi, i illumque timuit, unde i Bardi optat majorem explicationem à Commissaria- 2. m. 3. f. generali, in quo residet potestas transla- f. feb. 3. tandi, ut ita dicam, & declarandi Bullam.

7. Ego Commissarii Generalis majorem explicati-

explicationem optare, nō possum. Quæ enim major Declaratio, quam illa, quæ habetur in dicto Summario latino, & in Translatione Hilpanica, & in Italica, quod Summariū Fidelibus datur à distributore Bullarum; & quod cum magna consideratione à Commissario compilatum fuisse, nemo prudens dubitare poterit; at in hoc non est illa restrictio quod Carnes contra Prælatos, Religiosos & Sacerdotes.

8. Quod si quis dubitet, An Commissarius ejusmodi extensionem facere poterit, dubium evincet ex usu tot annorum, quo distribuitur Fidelibus prædictum summariū; id, quod, vel ostendit, Commissarium hac potestate non caruisse ex tenore Concessionis Bullæ, vel ex alio Pontificis novo rescripto, vel saltem eam acquisivisse ex tot annorum consuetudine præscriptam.

9. Dubitatibus 4. an hoc Privilegium valeat non modo pro diebus jejuniorum (ut loquitur Bulla Latina) verum etiam pro diebus totius anni, quando non est jejunium, nempe pro diebus feriarum sextarum, & sabbati, ut habet Bulla Italica.

Respondeo, etiam pro diebus totius anni dictis, propter rationem modo ductam à potestate Commissarii potentis Bullæ declarare, qui signate id in Bulla Italica declarare profiteretur. Adde illud Bulla Latina (pro Diebus jejuniorum, legitimate posse extendi ad dies feriarum sextarum, & sabbati, quia à sacris Canonibus hī dies vocantur etiam dies jejunii, licet nō tam rigorosi, ut sunt Quadragesimales. a Bardi id loc. cit. sec. probat ex illa Regula iuns in 6. Cui licet, quod est plus, licet, quod est minus. Verum, quia hæc Regula plures patitur limitationes, b Sanc. l. 8. ut videre est apud b Sanchez, ideo nostra ratiōnē videtur esse expeditiores.

10. Dubitatibus 5. An dispensatus ad carnes, modo dicto, per Bullam, possit plures in eodem die carnes comedere? Respondeo, esse valde probabile, posse, nisi à Dispensante restringatur ad alias vices tantum; Id quod c Lib. 4. in cum universaliter alibi e dixerim, aliquaque ad Decal. c. 5. rem addiderim, eadem hic cum molestia repetere non oportet. Meminenis tamen, hunc dispensatum per Bullam meritum jejunii habiturum, ut dixi, num. 2. si semel tantum comedere, formam nimirum jejunii in cæteris observans.

## §. II.

*Posse temporibus jejuniorum totius anni,  
etiam Quadragesimalium vesce  
lacticiniis.*

1. Pro tribus temporibus datur Privilegiū comedendi lacticinia. Primo, pro feris sextis, & sabbatis cuiuscumque Hebdomadæ. Secundo, pro Vigiliis, & quatuor temporibus. Tertio, pro Quadragesima.

Et quidem pro Quadragesima hoc clare est Privilegium, quia tunc sine Bulla esset à laeticinia abstinentiū: In cæteris autem diebus anni est etiam Privilegium, nimirum pro locis illis, ubi est legitima consuetudo non comedendi tunc laeticinia: Immo etiam in aliis locis, ubi est consuetudo tunc comedendi laeticinia, est Privilegium, nam per illud sedantur saltem conscientia timoratorum.

2. Iam vero Dubitatibus Primo, An qui habet Bullā, possit vesce laeticiniis in jejuniis ex votō, ex pœnitentia Sacramentali, & ex Jubilæo?

3. Antequam respondeam, recole, sive jejunare debcas ex yoto, sive ex Pœnitentia data à Confessario, sive ad lucrandum Jubilæū: recole, inquam, esse opinionem probabilem, te tunc posse jejunare comedendo laeticinia, nisi tamen, vel exprefse, vel ex circumstantiis colligatur, votum, & Pœnitentiam, & conditionem jejunii in Jubilæo fuisse, etiam de abstineatia à laeticiniis, ut d' alibi à me di- d Lib. 3. i. etum est. Cujus probabilitatis ratio principa- Decal. c. lior est, quia Ratio jejunii Ecclesiastici ita 15. §. 6. n. cum laeticiniis; quare, nisi aliud expressum 11. de votō in prædictis fuerit, satis jejunium exhibebo. tur, etiam cum laeticiniis, qui jam sic ponit. Ibidem. cur id, quod absolute jejunium Ecclesiasti- Lib. 4. c. 5. §. 1. n. 25. cum est.

Respondeo nunc ad dubitationem, affir- de Pœnit. mative; Nam si est probabile, ut etiam habet & Iubil. e Bardi, te satisfacere illis sine Bulla, multo e Bardi de magis cum illa, si tamen aliud expressum non Bulla p. 2. fuit, ut dictum est: nam tunc ad illam non se tr. 3. c. 2. extendit Bulla, quæ solum dispensat in jure sec. 10. communī.

4. Dubitatibus Secundo. Minor viginti uno anno qui non jejunat in die VG. Quadragesimæ, potest ne tunc laeticinia cum Bulla co- medere. Idem quæritur de aliis non obligatis ad jejunium.

Z. z

Respon-